



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Archiepiscopo Neopatrensi, & Episcopo Davaliensi, & Avolonensi electo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20020

*ARCHIEPISCOPO NEOPATRENSI,
& Episcopo Davaliensi, & Avalonensi
electo.*

*Epist. 101.
Vt bona ablati
retinuantur
Ecclesiarum.
* Col. Colberti.
Plario*

Conquesti sunt nobis venerabiles fratres nostri Larissenus Archiepiscopus & suffraganei ejus quod Abbas de Plario, nobilis vir Comes stabulus Romaniae, W. de Larissa dominus de Armiro, Balivus carissimi in Christo filii nostri Constantinopolitani Imperatoris illustris, Dominus de Valestino, & quidam alij Larissene dioecesis monasteria, abbatias, Ecclesiis, & possessiones alias ad eos de jure spectantes contra iustitiam detinent occupatas, se habere jus patronatus in monasteriis, abbatias, & Ecclesiis afferentes; qui etiam quosdam laicos Latinos & Graecos sue diocesis nolentes debitas sibi decimas exhibere super hac nequitia confouent & tuentur: contra quos licet pluries obtulerint scripta nostra, non potuerunt iustitiam obtinere, cum illi quibus super hoc scriptissimus, postponentes humano timori divinum, plus hominibus quam Deo duxerint deferendum, processum super injuncto sibi negotio non habentes. Ne igitur iura ecclesiastica pereant per insolentiam laicorum, discretioni vestrae per apostolica scripta mandamus quatinus Abbatem & nobiles memoratos & alios, ut detenta cum integritate restituant, & ab hujusmodi presumptione desistant, monitione praemissa per censuram ecclesiasticam appellatione remota, sicut iustum fuerit, compellatis. Quod si non omnes &c. duo vestrum &c. Datum Laterani Nonas Iulij, anno tertiodecimo.

*ARCHIEPISCOPO NEOPATRENSI,
& Nazarenensi & Citrensi electio.*

*Epist. 103.
Scribitur pro
Archiepiscopo
Larisseno.
Vide infra epis.
112. & lib. 11.
epist. 152.*

Iam semel, secundò, & tertio dilecta in Christo filia nobili mulieri relicta bona memorie Marchionis Montisferrati nostras dicimus litteras destinaffè ut episcopatus, abbatias, & alia iura ecclesiastica que ad venerabilem fratrem nostrum Larissenum Archiepiscopum pertinentia detinet occupata restitueret Ecclesia Larissense. Sed ipsa nec ad monitiones venerabilium fratum nostrorum Atheniensis & Thebani Archiepiscoporum, per quoseam ad hoc mandavimus praemissa monitione compelli, voluit restituere supradicta. Quinimmo non solum ea detinet, verum etiam quosdam Episcopos Graecos suffraganeos ejus & alios Abbates & Clericos nolentes sibi exhibere reverentiam manus-

tenet, favorem eis super tanta eorum nequitia exhibens contra ipsum. Nolentes igitur sustinere quod per eandem nobilem defraudetur idem Archiepiscopus iure suo, discretioni vestrae per apostolica scripta mandamus quatinus ipsam ut & detenta restituat & ab hujusmodi presumptione desistat moneatis attentius & efficaciter inducatis, ipsam ad hoc, si necesse fuerit, censura ecclesiastica sublato appellationis obstaculo, sicut iustum fuerit, compellentes, ac cogentes censura simili Episcopos, Abbates, & Clericos supradictos ad debitam obedientiam eidem Archiepiscopo exhibendam. Quod si non omnes &c. duo vestrum &c. Datum Laterani v. Nonas Iulij, anno tertiodecimo.

*SYDONIENSI ET CARDICENSEI
Episcopis, & electo Nazarenensi.*

Significarunt nobis venerabilis frater *Epist. 113.
Vt Domenicus
Episcopus &
Catholico &
venerabilis* frater *Episcopus*
nostrus Larissenus Archiepiscopus & dilecti filii procurator & Canonici Dimicensis Ecclesiae quod venerabilis frater *Episcopus* Dimicensis post tertium consecrationis suæ diem ab Ecclesia Dimicensi recedens, bona ejus, quæ ad ipsum spectant, reliquit in manibus nobilis viri Comes stabulus Romaniae; ad quam redire, cum jam trium annorum spatium præterierit, haecen non curavit; propter cuius defectum ad tantam devenit eadem Ecclesia paupertatem quod vix possunt in eam tres Clerici sustentari. Ideoque discretioni vestra per apostolica scripta mandamus quatinus si est ita, Episcopum ipsum ut ad suam Ecclesiam revertatur, monitione praemissa, per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compellatis. Quod si non omnes &c. duo vestrum &c. Datum Laterani iiii. Nonas Iunij, anno tertiodecimo.

*N O B I L I B V S V I R I S
Comes stabulo Romaniae, W. de Larissa domino de Armiro, & Domino de Valestino,
& aliis Baronibus ac Militibus provincie
Larissene.*

Ad ecclesiastica bona manus extende. *Epist. 117.
Secundum o
ut rebus
bona Ecclesie
Larissene.*
Sponsus Christus ad ampliaverit vobis manus, nec gravare deberetis Ecclesias, quarum creditis ministrorum precibus fleti Christum, ut vos ab hostiis gravaminibus tucatur. Inde est quod nobilitatem vestram rogandam duximus & monendam quatinus restituentis Ecclesia Larissene si qua de bonis ipsius minus licet detinetis, permittatis